

Pro cuius conclusionis declaratione notandum quod sancti miracula fecerunt du-
pliciter secundum Gregorium in secundo dialogo scilicet oratione impetrando ut mira-
cula diuinitus fiant et per potestatem. Utroque autem modo fides idoneum reddit
hominem miracula facienda. Ipsa enim meretur propter ut oratio exaudiat de mira-
culis faciendis. Quod de hac ratione videri potest. Sic enim in rebus naturali-
bus videmus quod a causa vniuersali omnes particulares cause sunt efficaciam age-
re tamen effectus particularis et proprius attribuitur cause particulari sicut patet
de virtutibus actibus inferiorum corporum respectu virtutis celestis corporis et de
orbibus inferioribus quod si sequantur motum primi orbis habent tamen singuli propri-
os motus. Ita est et de virtutibus quibus meremur nam omnes habent efficaciam meren-
di a caritate que nos vinit deo a quo meremur et voluntate proficit per quam mere-
mur singule tamen virtutes merentur singularia quodammodo prima eis proportionabiliter
responsione sicut humilitas meretur exaltationem et paupertas regnum. Tamen quicquid
caritate cessante per actum aliarum virtutum etiam si aliquis nihil mereatur ex condi-
gno ex quodam tamen diuina liberalitate aliqua congrua beneficia retribuuntur per
hominum actibus saltem in hoc mundo. Tamen dicitur quod per ea que sunt ex genere bona ex-
tra caritatem facta merentur aliquid ex congruo interdum bonorum temporalium mul-
tiplicatio per hunc autem modum fides meretur miraculorum operatio licet ratio meren-
di sit ex caritate. Cuius ratio potest assignari triplex. Primo quodammodo quod miracula
sunt quodammodo argumta fidei dum per ea que naturam excedunt illorum veritas pro-
bat quod naturalem transcendunt rationem. Tamen Adarci vult dicitur. Illi perfecti fidei
uerunt vbius deo coopante et firmone perfirmante sequentibus signis. Secun-
da ratio est quod fides potissime diuine potentie immittit quam accipit ut rationes vel
medium ad assentiendum his que supra naturam esse viderentur et id diuina potentia
operatio miraculorum precipue fidei consistit. Terna ratio est quod miracula sunt natu-
rales causas sunt fides autem est que non ex rationibus naturalibus et sensibilibus
argumentum assumit sed ex rebus diuinis. Unde sicut paupertas rebus temporalium
meretur diuitias spirituales et humilitas meretur celestem dignitatem. Ita fides quasi
contemnendo ea que naturaliter sunt quodammodo miraculorum operatio meretur
que preter naturalem virtutem sit. Ad rationes in oppositum. Ad primam res-
pondet negando consequentiam. Et ratio est quod facere miracula attribuitur gratie
gratis date sicut principio primo fidei aut sicut disponenti ad hominum gratiam con-
sequendam. Ad confirmatioem riteetur negando consequentiam. Et ratio est quia
licet caritas sit maior hominum gratiam consequendam quantum ad radicem merendi
tamen ex quadam liberalitate congrua beneficia huiusmodi alijs virtutibus at-
tribuuntur. Ad secundam riteetur negando consequentiam. Et ratio est quod licet cari-
tas sit maior virtus fidei largitur tamen fidei efficaciam merendi. Fides tamen licet con-
gruit ad particulariter merendum miraculorum operatio ut patet ex supra dictis.
Ad tertia dicens negando consequentiam. Et ratio est quod fides non est sufficiens causa ad
miracula faciendum sed dispositio quodammodo. Sunt autem miracula secundum ordinem diuine pro-
uidentie que hominibus pergrua remedia per varijs causis diuersimode dispensat.

Explicitunt quaestiones euangeliorum diuinalium per totum annum edite per Reuerendum
patrem dominum Johannem de turre cremata cardinalem sancti Sixti.